

## Tit. III.

Si cui plusquam per Legem Falci-  
diam licuerit legatum esse dica-  
tur.

§. 1. Legatarium cogit Prætor *Satisdare*, ut si apparuerit (forſan ob  
æſ alienum latens, ob legata conditionalia) eum am-  
plius accepisse, tantam pecuniam det, absque  
dolo.

§. 2. Remittitur hæc Cautio

1. iis quibus minuta alimenta sunt relicta,
2. fisco, perinde tamen convenitur ac si cavis-  
ſet.
3. qui ſatisdare non poteſt.

Qui præcipit legata annua distribuenda, cavet quidem,  
ſed non de reddendis portionibus forſan deficientium,  
niſi aperte juſſus.

§. 3. *Omiſſa cautio* condici poteſt.

Si res legata interierit apud legatarium, exceptione pot-  
eſt reſtitutionis petitionem elidere.